



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Pugna Spiritvalis**

**Scupoli, Lorenzo**

**[S.l.], 1599**

**VD16 S 5184**

Cap. IX. De occasionibus spiritualis pugnæ non declinandis,  
fugiendisq[ue].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

aliquid magni obsequij, tanquam insignis heros, Domino Deo tuo præstare possis.



## CAPVT IX.

*De occasione pugnae non fugienda.*

**D**ilecte fili, omnibus tibi à me hæctenus propositis medijs ad consequendas virtutes, addo tanquam memoriale quodpiam: ne occasiones pugnae tibi occurrentes, metuas atque declines. Nam si virtutem quampiam (exempli loco, Patientiam) consequi

vo-

volueris : non expedit tibi , vt  
te segregeſ à personis:vel eas  
res ( vt verba , opera , cogita-  
tiones repellas aut fugias , ) q̄  
te ad impatientiam commo-  
nent. Non fugias , inquam,  
sed potius optes , quæras , a-  
mes conuersationem ac socie-  
tatem eorum , qui tibi molestias  
afferunt. Et quotiescunque  
tibi cum eis conuersandum  
est , præpara te , tuamque vo-  
luntatem serua instructam at-  
que paratam quaslibet tribu-  
lationes atque molestias , quæ  
ab eisdem tibi afferri pote-  
runt , patienter suscipiendi,  
sustinendique.

Hoc

Hoc ni feceris, nunquam  
affuefies ad consequendam  
Patientiæ virtutem. Similiter  
si te alicuius operis tæduerit,  
d durumq; nimis videatur: (pro-  
pterea q; vel persona præcipi-  
ens tibi displiceat: vel quòd o-  
pus ex sese molestum sit: vel  
quòd per illud ab opere alio,  
quod faceres libentius, impe-  
diaris) nullatenus tamen op<sup>o</sup>  
istud intermitteres, sed præ cæ-  
teris omnibus exequeris, eti-  
amsi te plurimum conturbet  
atque diuexet. Tametsi etiam  
eius intermissio te denuò qui-  
etum, placidumque reddat;  
nequaquam tamen ab eo faci-  
endo

endo desistes. Sic enim magis magisque instructus fies ad assequendam virtutem Patientiæ. Illa enim quies quam tibi sic optas, non esset recta ac vera, quòd non proficisceretur à corde puro, & ab omni inordinata passione incontaminato.

*Cogitationib.  
malis  
quate-  
nus re-  
sisten-  
dum.*

Idem te moneo ac doceo de cogitationibus, animam tuam quandoque turbantibus ac contristantibus. Videlicet, ne eas vnquam à te in totum repellas, sed vt gratos hospites sedulo custodias: Cumque à cæteris negotijs otium nactus fueris, eas reuoces in animam

animum tuum, & mox per voluntatis imperium iterum repellas. Qua exercitatione hoc consequeris, ut omnes deinceps aduersitates, placido animo suscipere, sustinereque possis. Qui te autem, fili mi, docet aliter; is te potius fugere iubet in tribulationibus, quod à te pugnando quæritur: illam nempe virtutem, quam tu tibi ex victoria de hostibus exoptas.

Cæterum tyroni seu nouitio in hac spirituali palæstra, certamen hoc cum prauis cogitationibus cautè subeundum est. Proinde aliquando quidem pugnabit cum ijs; aliquando

94 CAP. IX. Pugna

verò assumet alias: quatenus scilicet has aut illas sibi plus, minusve intelligit prodesse ad acquirendas virtutes. Et nunquam eiusmodi molestas cogitationes prorsus dereliquet, aut fugiet; vt nihil inde turbationis, molestiæque in se sentiat.

*Non fugienda tentationes omnes.*

Etiam si enim per fugam eorum, impatientiæ occasionem præcidat; nullam tamen in corde suo firmitudinem inde nanciscitur aduersus Impatienciæ motus insurgentes. Quo fit, vt alias à satellitibus Impatienciæ impetitus ac territus, facile succumbat; quòd sibi de armis

armis ad præliandum aduersus  
eodẽm, non satis antea dispe-  
xit: id est, animum suum non  
imbuit cogitationibus, consi-  
lijisque seruandæ in omnibus  
aduersitatibus patientiæ. Et  
hec quidem pugna non solum  
contra impatientiam, sed cõ-  
tra quælibet vitia utiliter su-  
scipitur, præterquam contra  
carnalia, quæ aut fugienda ci-  
tò aut explodenda, vt inferi-  
us trademus.

**CAPVT X.**

*De pugna aduersus subitas tenta-  
tiones, passionesq̃.*

Di-